



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 57. Concilium Romæ celebratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

dereliquerat, securus e navi sua descen- Sæcul. XV.  
dit. A. C. 1412. Itaque Arimini, quæ civitas Caro-  
lo parebat, sedem suam fixit, & supera-  
tis haud vulgaribus periculis unacum tri-  
bus suis Cardinalibus in vigilia Nativita-  
tis Dominicæ hanc urbem ingressus est.

## §. LVII.

*Concilium Romæ celebratum.*

Interea temporis Joannes XXXIII. Syno- Conc. Gene  
dum a se ad Mensẽm Aprilem hujus tom. XI.  
Anni indictam, præstituto tempore Ro-  
mæ celebrat. Accurrunt ex Italia, Bo- Monack. S.  
hemia, Hungaria, Anglia, Scotia, Ger- Dionys. l. 32.  
mania, aliisque hujus Pontificis obse- Et 33.  
quio addictis regionibus plurimi Archie-  
piscopi, Episcopi, Primates, alique Viri  
Ecclesiastici huic Concilio interfuturi.  
Rex Franciæ suos quoque Legatos illuc  
decernit, reformationem Ecclesiæ in ca-  
pite & membris sollicitaturos. Hi e-  
rant Bernardus de Chevenon Ambianen-  
sis Episcopus, Simon Cramaudus, Pa-  
triarcha Alexandrinus, & Petrus de Al-  
liaco Cameracensis Episcopus, ambo a  
Pontifice ad Cardinalitiam dignitatem e-  
vecti. Quibus adjuncti erant Parisien-  
sis Academiæ Deputati. Verum hæc  
legatio præcipuo suo frustrata est sine,  
nimirum Ecclesiæ Gallicanæ exemptio-  
ne a decimis, præstandis servitiis, cete-  
risque

Sæcul. XV. A.C. 1412. risque intolerandis oneribus, quibus ea a Joannis XXIII. Prædecessoribus jam ab aliquo tempore opprimebatur. Quippe Bernardus de Chevenon Ambianensis Episcopus, hujus Legationis caput, hunc articulum sicco pede præteriens, in id potissimum incubuit, ut ipse ad Bellovacensem Episcopatum transferretur, Regi vero & Proceribus Franciæ ad plura & pinquiora Ecclesiæ Gallicanæ beneficia nominandi prærogativa concederetur. Hinc factum, ut hujus Ecclesiæ, quæ sub exactioibus Curiæ Romanæ a Joanne XXIII. innovatis gemebat, commoda omnino negligenterentur, in superhabitis Academiæ Deputatorum monitis atque precibus.

## §. LVIII.

*Concilium a Papa dissolutum, atque in aliud tempus remissum.*

*Raynald. ad ann. 1412. s. I.* Paucissimi ex omnibus Prælatibus, qui Romam iter aggressi fuerant, eo pertigere, libero aditu interclusi a Ladislai copiis, vias huic urbi proximas obsidentibus. Plurimum nempe Regis intererat, hujus Concilii successum evertere, eo quod Pontifex illud Pisanæ Synodi, a qua Princeps ille regia dignitate exuebatur, supplementum esse declarasset. Unde omne tempus absque fructu terebatur, nihil-